

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Frankofurti, 1625

Thema LXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

THEMA LXXVIII

PROV. 14. v. 32.

Etiā in morte sperat iustus.

Dispositionem huius Thematidis vide supra, parte I. Promptuarii, Classe I. Num XVI pag. 51.

THEMA LXXIX.

PROVERB. 18. v. 10.

Turris (germ. arx.) fortissima nomen Domini, ad illam currit iustus & servabitur.

DISPOSITIO.

Salomon Proverb. 14. vers. 26 sic ait: Qui timet Dominum, munitionem habet securam, & defenduntur liberi quoque eius. Hoc autem loco nobis ostendit, quamnam & vbinam illa sit munitio, quæ securos homines posse reddere, in omnibus necessitatibus: dicens, Arx fortissima nomen Domini, &c. Per nomen Domini ipsum Deum intelligit. Sicut & Joel. 2. vers. 32. Qui invocaverit nomen Domini, id est, ipsum Dominum, saluus erit. Ita Psal. 20. v. 2. Proregat te nomen Domini. Sic Psal. 52. vers. 11. Mich. 5. v. 4. nomen domini pro ipso Domino accipitur. Quia enim nos non simpliciter & absolute cognoscimus DEVM, sed tantum eatenus, quatenus se in verbo & Sacramentis patefacit (wad namhaft gemacht hat) ideoque cum nomine Dei, id est, Deo patefacto in verbo, negocium nobis est.

Hinc patet ipsum Dominum comparari arci munitæ. De hac nobis dicendum.

1. Primum ergo, quomodo & qua ratione Deus arci munitæ compareretur, audiamus.

2. Quinam in hanc arcem recipiantur, &c. Welche den Thurm haben.

3. Quam